



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCLXXXI. Des Papstes Clemens V. Schreiben an die Bischöfe von
Brandenburg, Merseburg und Hildesheim wegen des dem Erzbischofe zu
Magdeburg ertheilten Auftrages, sich der Personen und Besitzungen des

...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

dictis viris, de Surechou et Darfou dictis, libere facultatis copiam construendi molendina in oppido dicto, quibus complete constructis de qualibet rota horum unum Last filiginis et brafei equanimiter (equabiliter?), prout acquiritur ab hujusmodi rotis, nomine Pacht, dabunt annis singulis plenius et perfoluant. Dicitur civitatis quoque cives universi et singuli ex tunc et in eum nauigio ire debebunt et poterunt a civitate Stolp aquam descendendo usque ad fallum mare absque theloni datione penitus et precise, eadem libertate ad propria redeundo, et ipsi nihilominus VI. metretas allecis, quod Bordinge*) dicitur, super captura allecum sine censu perpetuo suis usibus reservabunt. Nulla etiam obstagia, que Wehren vulgariter dicuntur, in dicta Stolp usque ad dictum fallum Haff debent aliquantulum edificari, ne ex hoc aliquod impedimentum dictis civibus generetur. Vt autem hec omnia per nos rite facta inviolabiliter perpetuo perseverent, presentes literas super eo editas sepe dictis civibus in testimonium horum omnium evidens tradidimus, nostrorum sigillorum munimine roboratas. Testes hujus sunt nostri fideles Borchardus, Comes de Lindow, Ludolphus et Haffe seniores de Wedell, Petrus de Niegenborck, Henricus et Henningus de Stegelitz, Nicolaus de Buck et Ekbertus Ramele, Sloteko noster Capellanus et protonotarius, cum aliis quam pluribus fide dignis. Actum et Datum in Krempzaw, Anno domini Millesimo Trecentesimo decimo, in crastino natiuitatis Beate Marie virginis.

Mit Anstufungen und Fehlern in Schöttgen et Kreyfigii Diplom III, 22, in Gercken's Fragm. march. II, 32, und in Buchholz's Gesch. d. Churm. IV, II. A. S. 169 abgedruckt.

CCCLXXXI. Des Papes Clemens V. Schreiben an die Bischöfe von Brandenburg, Merseburg und Hildesheim wegen des dem Erzbischofe zu Magdeburg ertheilten Auftrages, sich der Personen und Besitzungen des Templer-Ordens in seiner Diöcese zu bemächtigen, vom 4. Dezember 1310.

Clemens etc. Venerabilibus fratribus Brandeburgensi, merseburgensi et hildesheimensi Episcopis. Licet cum ceteris fidelibus tanquam universalis pastor eorum teneamur quietis commoda procurare, tamen ut Prelati Ecclesiarum pacis ubertate letentur, subductis quorumlibet molestiis grauaminum ab eisdem, eo libentius ministerium impendimus apostolice seruitutis, quo ipsi in quietis tranquillitate sedentibus, facultas adest prestantior animas lucrifacere saluatori. Significauit siquidem nobis Venerabilis frater noster Burchardus, archiepiscopus Magdeburgensis, quod nos sibi, dudum apud Sedem apostolicam constituto, tam uiue uocis oraculo, quam per nostras sub certa forma litteras, dedimus in mandatis, ut omnes Templarios diocesis et dominij suorum, et alios, qui reperirentur in eis, ipsorumque bona mobilia et immobilia, per idoneas personas, omni precipue quoad bona ipsa suspitione carentes, meliori modo, quo fieri posset, capi faceret uno die, personas quoque ipsorum,

*) Schöttgen: Bordinge. Der Satz muß wohl heißen: que Bordinge dicuntur. Vgl. Urk. vom 2. Febr. 1313. Haupttheil II. Bd. 1.

quouſque aliud ſcriberemus eidem, noſtro et Sedis apoſtolice nomine in locis, tutis ſub fida cuſtodia detineri, dictaque bona mobilia et immobilia aliquibus bonis perſonis, de quibus non eſſet uerifimile, quod in hijs uel ſimilibus aliquam fraudem committere uellent, noſtro nomine fideliter conſeruanda, donec per nos in hac parte eſſet aliter ordinatum, faceret commendari. Demum uero dictus archiepiſcopus mandatis noſtris obediens reuerenter, fratrem Fredericum, Magiſtrum Templariorum ipſorum in alania, et quosdam alios ipſius ordinis Templariorum fratres in Curia ſive domibus Wichmannsdorp ac Bolſtede et Jerdingſdorp alberſtadenſis diocesis, intra dominium eccleſie Magdeburgenſis conſiſtentibus, capi fecit iuxta mandatum noſtrum huiusmodi uno die, ipſosque in loco tuto ſub fida cuſtodia detineri, et bona ipſorum mobilia, in Curia predictis inuenta, et Curia ipſa perſonis idoneis, prout potuit, commiſit noſtro nomine conſeruanda fideliter, donec per nos de ipſis foret aliter ordinatum, propter que preſatus archiepiſcopus ab alijs Templarijs de Regno Alamanie ſupradicto, ipſorumque conſanguineis et amicis, in perſonis et rebus grauia dampna ſuſtinuit, et propter hoc multiplicia ſubiit onera expenſarum. Cumque poſtmodum nos uenerabilibus fratribus noſtris, Maguntinenſi, Coloniensi, Treuerenſi et eidem Magdeburgenſi archiepiſcopis curam, gubernationem, adminiſtrationem et regimen omnium et ſingulorum Prioratum, hoſpitalium domorum, Grangiarum et locorum ordinis ſupradicti, que ad Manuſ eorum, aut alterius, ſeu aliorum deputandi uel deputandorum ab ipſis, quouis modo peruenire contingeret, et illorum etiam, que per uolentiam uel alia malitioſe detinerentur ab alijs, quorum eiſdem archiepiſcopis uel deputando ſeu deputandis ab eis, ut predicatur, reſtitutio negaretur, conſcribi fideliter ac particulariter et diſtincte cum diligentia debita, et per inſtrumenta publica, uel ſub ſigillis authenticis inuentaria fidei procurarent, illa Camere noſtre, ſimilibus penes ſe retentis, quantociuſ poſſent commode tranſmiſſuri, idem archiepiſcopus Maguntinenſis, receptis noſtris litteris ſupradictis, quamuis ex forma litterarum ipſarum ei non competeret, rerum, perſonarum et ordinis predictorum cuſtodiam in ſpiritualibus et temporalibus, eiſdem Collegiis ſuis minime requiſitis, immo ipſarum litterarum copia eiſdem Treuerenſi et Magdeburgenſi archiepiſcopis nequaquam exhibita, ſuis commiſit ſuffraganeis pro ſue libito uoluntatis, et ſubſequenter uenerabilis frater noſter halberſtadenſis Epicoſus, ſuffraganeus dicti archiepiſcopi Maguntinenſis, eidem Magdeburgenſi archiepiſcopo et iſtis, quibus per ipſum archiepiſcopum Magdeburgenſem bona mobilia in Curia inuenta predictis, ipſeque Curie nomine noſtro fuerunt commendata, per litteras ſuas dicte commiſſionis uirtute mandauit, ut infra certum terminum in eiſdem ſuis litteris annotatum ſibi cuſtodienda et conſeruanda, per ipſum reſtituere procurarent, in eundem archiepiſcopum magdeburgenſem et alios ſupradictos, ſi huiusmodi ſuis non parerent in hac parte mandatis de facto excommunicationis ſententia promulgata, ac locis, in quibus bona cuſtodiebant predicta, ſubiectis eccleſiaſtico interdico: et licet pro parte dicti archiepiſcopi Magdeburgenſis fuiſſet a mandatis et ſententiis ſupradictis, quamuis nulla fuerint ipſo iure, ad Sedem apoſtolicam infra triduum ex cauſis legitimis appellatum, idem tamen alberſtadenſis Epicoſus, huiusmodi appellatione contempta, dictum Archiepiſcopum Magdeburgenſem per diocem halberſtadenſem excommunicatum publice aurtiauit. Cum itaque noſtre intentionis non fuerit, per commiſſionem huiusmodi, dictis Ma-

guntinenſi, Coloniſi, Treuerenſi et Magdeburgenſi Archiepiſcopiſ, ut pre-
 dicitur, factam, commiſſionem factam per noſ ſpecialiter tam uerbo, quam litteriſ, ut premit-
 titur, dicto Magdeburgenſi archiepiſcopo reuocare, predicta ſententia per eundem Epiſco-
 pum halberſtadenſem contra ipſum Magdeburgenſem Archiepiſcopum, et alioſ
 ſupradictos premiſſorum occaſione prolataſ, et quicquid ex eo ſecutum eſt, inania et irrita
 apoſtolica auctoritate decreuimus, ac nullam habere roboriſ firmitatem. Quocirca mandamus,
 quatinuſ uoſ, et ueſtrum quilibet communiter, uel diuiſim per uoſ, uel alioſ predicta ſententia
 per dictum Epiſcopum halberſtadenſem contra eundem archiepiſcopum Magde-
 burgenſem et predictoſ alioſ, occaſione huiuſmodi promulgataſ, et quicquid ex eiſ ſecutum
 eſt, per omnia loca, in quibuſ expedire uideritiſ, denuntietitiſ auctoritate noſtra inania et irrita,
 ac nulliuſ exiſtere firmitatiſ, et faciatitiſ tam ab eodem Epiſcopo halberſtadenſi, quam ab
 aliſ nuntiaſ, Inhibentel diſtrictiuſ preſato Epiſcopo et quibuſlibet aliſ, ne huiuſmodi com-
 miſſionel pretextu, uel quacumque occaſione alia premiſſorum contra preſatum archiepiſco-
 pum Magdeburgenſem et alioſ prelibatoſ preſumant procedere quoquomodo, non obſtan-
 tibul, ſi preſato Epiſcopo uel quibuſcumque aliſ a preſata Sede indultum exiſtat, quod
 excommunicari, ſuſpendi uel interdici non poſſint per litteraſ apoſtolicaſ, non facientel plenam
 et expreſſam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiuſmodi mentionem, Contradictoreſ aucto-
 ritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticaſ appellatione poſtponita compeſcendo. Datum Au-
 nion, II. Nonal Decembris, anno ſexto.

Nach einer Abſchrift aus dem Vaticanischen Geh. Archive Clem. V. Epiſt. 61 Anni VI, p. 16.

CCCLXXXII. Markgraf Woldemar von Brandenburg nimmt als Gewährsmann an einem
 zwiſchen dem Könige Erich von Dänemark und den Herzogen Woldemar und Erich von Sütland
 geſchloſſenen Vertrage Theil, am 17. Dezember 1310.

Hos Medelfar, Anno MCCCX. feria V. for S. Thomis dag, er forhandlet imellen
 Kong Erich paa den ene, Woldemar oc Erich, Hertug aff Soender Judland,
 paa den anden ſide, at all Traette under dennem ſaerdelis for hans Vnderſaatte aff Roſtock
 ſkyld, ſkal vaere nederlagt. Den Summa Penninge, ſom Hertugerne haſſue deris aff Roſtock
 Breff paa, ſkal vi antworde Kongen, udi it Loeffte vi haſſue loſuet hannem, oc Borgerne
 frilade for vore Tiltale, men noeyes icke de Roſtocker der med, eller ville de lade de Rid-
 dere ud aff Moſſam oc andre os haſſue tient quit vor den ſkade, de haſſue Borgerne
 giort, ſkal Kongen ſaa os Breffuet igien. Oc ſom vi haſſue loſſuet Kongen, udi Foerſtelige
 Perſoners naeruaerſe, at ſkulde tiene hannem mit L Koeritzer udi Danmarck, naar vi
 tilfigis, ſaa ſkal vi lige det ſamme gioere hannem udi Slaven oc Tydſkland, naar hand
 fordrer os, dog dem undtagne, ſom inden en Maanet eſſter, met rette ville lade dem ſige.
 Vdi lige maade ſkal vi oc tiene hannem met voris Feſtninge, ſom tro Vaſaller boer deris
 Herre. Hans ſkade oc Forderſue ſkal vi aſſvende, huor vi kand. Med os haſſue loſſuet,